



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

IV. Zoll-Ordnung für die Stadt Straußberg, vom 15. Juni 1315.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

cordauimus, quod consules de barnow pro censu exponere deberent decem et octo talenta, consules vero de Struceberch viginti sex talenta brandenborgensis monete cum tribus libris cere, quod dre sten vulgariter nuncupatur.

Aus Klödens Waldemar II, S. 510—511.

IV. Zoll-Ordnung für die Stadt Straußberg, vom 15. Juni 1315.

Hic est modus regendi theoloneum in Struceberch. Theolonarius debet monere pro theoloneo, si negabitur, testes se adducat, et sic aliquem pro excessu impediat, quod si aliter fieret, nullatenus admittere vellemus. Insuper theolonarius hospicia signata visitabit, singulos hospites monendo: quod si non faceret, et super hoc aliquem impediret, omnium excessuum consules sunt potentes. Insuper si iuste aliquem et testimonio deuinceret, eundem excessum consules corrigant, et de eodem theolonarius V solidos tollat. Insuper si iuste vel iniuste procederet, et se sine consensu consulum expediret, a predicto theoloneo plenarie impotens erit et solutus, et pro eodem excessu tria talenta dabit consulibus. Insuper si hospes a nostris ciuibus lanam emeret, quantam deducere posset in vno curru, XVI denarios dabit. Insuper si hospes lanam emeret ab alio hospite cum vterario debitum theoloneum dabit. Insuper si aliquem impediret super iniuria, et per hoc se consulibus opponendo, de omni dampno tam cause dicte quam dominorum nos eripere debet indempnes, de omni dampno solutus. Acta sunt hec, cum consilio et consensu consulum in Struceberch, Barnow, in die viti et modesti martirum.

Aus Klödens Waldemar II, S. 511.

V. Markgraf Woldemar bestätigt der Stadt Straußberg den Schöppenstuhl für die Städte, welche in Gemäßheit eines Privilegiums des Markgrafen Albert ihre Rechtsbelehrungen bisher von ihr geholt haben, am 1. April 1317.

Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, — Recognoscimus —, quod volentes Consules et Scabinos nostre ciuitatis Struceberg extollere prerogatiua gracie specialis, Eisdem presentibus indulgemus, vt Jus commune, in antiqua Brandenborch requirentibus actenus dari solitum, ex nunc nostris ciuitatibus, oppidis et villis, que hactenus conuenienter requirent et afferre ipsorum Jura, secundum priuilegia a Marchione Alberto pie recordacionis, affini nostro karissimo, quondam ipsis tradita, nunc de cetero veluti prius tribuant et ministrent, Mandantes eciam nichilominus ciuitatibus, oppidis et villis omnibus et singulis iam dictis, ut iura sua et sententias, requirenda cum fuerint, in dicta ciuitate nostra Struceberg a consulibus et scabinis exigant et requirant. Ut igitur huiusmodi statutum sive factum nostrum inpermutabile perpetuo perseveret, presentibus de nostra certa conscientia conscriptis sigillum nostrum duximus